



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

An martyr fuerit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Optime sanè, nam reuera Antiochia hæc in cã Sy-  
rie parte, quæ Coele vocari solet, posita est.

QVÆSTIO II.

An Lucas Pauli comes?

§.1. Tribus locis eius mentionem facit Paulus.  
Coloss. 4. 14. vbi vocat medicum, Salutar vos  
Lucas medicus carissimus & Demas. 2. Timoth. 4. 10. De-  
mas me reliquit, diligens hoc seculum, & abijt Thessalonicam.  
Crispianus in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lucas est mecum  
semper. & Philem. 24. Demas & Lucas adiutores mei.  
An hic Lucas Pauli comes carissimus, & medicus sit  
Euangelista, controuersia est. Hieronym. in Prologo,  
Chryl. hom. 12. ad Colosicam Epistolam, & Theophyl.  
in cap. 4. 14. Ambros. in Lucam. Nicephorus  
L. c. 43. l. c. 16. l. 15. c. 14. qui etiam pictorem fuisse  
ait.

Hieronym. de script. Ecclesiast. ait esse eum, de quo  
Paulus 2. Cor. 8. Cuius laus est in Euangelio, quod quam-  
uis colligi inde non possit, vsus est tamen Hieron. non  
inani coniecturâ. Nam de Lucâ intellexit Ignatius ad  
Ephes. scribens. Nam citans Lucam hoc illi Epithe-  
ton addit: cuius laus est in Euangelio.

§.2. Caluinus eundem esse negat. Rationem fu-  
nit reddidit. [Notior fuit Euangelista, quam vt tali  
opus fuerit in dicatione & splendidiore elogio fuisse  
imiginis. Certè coadiutorem suum, aut fidelem sal-  
utem comitem, & certaminum participem vocasset.]  
Respondet Maldonatus, Lucam, si non fuisse Eu-  
angelista, certiore notâ discubendum fuisse, ne tota  
erraret antiquitas. Deinde insigni titulo vocari Cha-  
rytimum. Constat vero à Paulo etiam intimos eius a-  
liquando sine titulo nominari. Huic vero medico ti-  
tulum dare potuit, quia eo nomine notus erat.

Tantum vero abest, vt suis opinionem illam Cal-  
uinus persuaserit, vt illi potius inde confirmare alia  
dogmata velint; Aretius enim inde probat, nullam  
professionem à Christianismo arceri, consentit Illy-  
ricus in hunc locum. Et Tossanus, qui loca Pauli de  
Lucâ interpretatur. Origenes in Rom, putat esse  
eundem, quem Rom. c. 16. 21. vocat Lucam. Quod tamen  
admodum dubium esse, nemo non videt. Nihil enim  
preter nominis quandam affinitatem illis commu-  
ne; quod si diceret: Lucas & Iason, nihilominus ta-  
men dubium esset; an Lucas hic & ille idem essent.

Pictorem negat Tossanus: quia Medicus fuerit.  
Quasi vero non & medicus pigendi artem nouisse,  
qui pictor medicinam potuerit. Cum nostro tempo-  
re multo etiam magnates esse constet, pingendi arte  
imignes. Causa negandi, ne videatur pinxisse imagi-  
nem B. Virginis, vt habet antiquissima traditio. Ni-  
ceph. l. 2. 23. ex Epiphano describit B. Mariæ effigi-  
em de æffigie idem l. 14. c. 2. & l. 15. c. 14. Et Metaph.  
l. 4. c. 1. in Lucâ.

QVÆSTIO III.

An fuerit ex discipulis septuaginta?

Origenes ita existimat dialogo de rectâ in  
Deum fide. Ita citatur, sed dubium est, ita  
quod sententia videtur Theophyl. & Epiphani. hæret.  
Ex Gregor. in Tob. præf. cap. 1. & in vitâ eius Meta-  
phrastes. alij Cleopham esse volunt. Argumenta eor-  
um non adduco, quod coniecturæ sint admodum  
incertæ, nec illi nisi timide afferunt.

Vtior tamen est sententia plurimum, non esse ex il-  
lis. Terull. l. 4. contra Marcionem. Iren. l. 1. c. 20 &  
c. 12. Euseb. l. 3. hist. c. 4. & 18. Hieron. de script.  
Eccles. c. 17. Beda, Damianus. Iud. de vitâ & obitu  
sanc. c. 84. Recentiores in eadem sententiâ sunt. Et  
l. 1. c. 2. Sicut tradidit vni nobis, qui ab initio ipsi vixerunt,  
Adami Conzen in Euang. Tom. II.

& ministri fuerunt sermonis. Si enim discipulus Christi  
fuisse, non ad Apostolos, sed ad Christum doctrinæ  
initia retulisset: nunc autem Apostolos se præcepto-  
res habuisse testatur.

Fateor tamen fieri potuisse, vt etiam esset discipulus  
ex numero illo, non viderit omnia, vel quod sero in  
illum numerum adscitus fuerit, vel quod rarius cura  
Christo fuerit, ideo plura auditu perceperit.

QVÆSTIO IV.

An martyr fuerit?

§.1. Hieronymus fuisse annorum 84. cum obijte-  
retur, de martyrio mentionem nullam ha-  
ber. Martyrologium Rom. Nat. s. b. r. i. Lucae (15. Cal.  
Nouemb.) Euangelista, qui multa passus pro Christi nomi-  
ne spiritu plenus obiit in Bithyniâ: cuius ossa Constantinopolim  
translata sunt: & inde Pasasiam delata. De ætate eadem  
sunt in Menolog. Græcorum, apud Isidorum, & Ma-  
taphrazen. Doctissimus Baron, in notis ad Martyr.  
dubitatur. Verum cum antiquiores negent Martyrolo-  
gium, & Menologium non asserant, videtur potius Mar-  
tyrio non coronatus, licet grauius passus eo modo mar-  
tyr, quo solent confessores interdum appellari possit.

Gregorius Nazianz. pro eius martyrio citatur. Non  
victimas pro Christo celsus veritus est non magnos pugiles exi-  
muisse? Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stepha-  
num, Lucam, Andream, Teclam, &c. Hæc pro Lucâ mar-  
tyrio citantur tum ab alijs, tum Baronio. Quæ ver-  
ba non nisi incertum argumentum præbent. Victi-  
mas etenim vocat, & pugiles. Quod recte intellige-  
re possumus, alios victimas fuisse, aliquos tantum pu-  
giles. Et constat ex Ioanne, qui multa passus, suo fato  
funktus est, non fuisse sanguine.

Quod autem S. Paulinus Nolanus habet ad Seue-  
rum Epist. 12. his versibus.

Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas  
Martyr, & illustris sanguine Nazarius.

Paulini te-  
simonium.

Nec hoc quicquam efficit, mutata enim distinctio-  
ne, posito post dictionem Lucas commutate, vox Mar-  
tyr ad Nazarium referri potest, Martyr & illustris san-  
guine Nazarius. S. Gaudentius in fecim. de dicatione  
Eccles. Horum quatuor habemus in præsen. reliqui-  
as, qui regnum Dei & iustitiam prædicantes ab incre-  
dulis & iniquis occisi, Deo semper viuere operatio-  
num suarum virtutibus demonstrantur: Ioannes in  
Sebaste prouinciæ Palæstinae, Thomas apud Indos,  
Andreas & Lucas apud Patras Achaïæ ciuitatem con-  
summati referuntur. Qui quoniam ait, ferri, aliorum  
potius sententiâ, quam suam recitat: & si suam nobis  
proponeret, non tamen antiquioribus præiudicare  
posset. Solus enim pene Niceph. l. 2. c. 43. ait ex oleæ  
arbore suspensum. Quamuis & de loco mortis non  
factis conuenit. Dorotheus in Bithyniâ, Hieronym. Lucas in  
Ephesi mortuum existimat. Quod vero in præf. Hiero-  
nymi est, anno ætatis 74. obiisse, id ex libro descri-  
ptoribus Eccles. corrigendum est.

§.2. Pluribus igitur locis docuit. Quin in Syro Eu-  
angelio scriptum est. In nomine Domini, Dei, nostri Iesu  
Christi, sigillamus Euangelium sanctum nuncium Lucae Eu-  
angelista, quod locus est, & annunciauit Ionice in Alexandria Lucas Alex-  
andria. Ita enim habet textus de quo ob hereticorum andria do-  
calumnias nonnulla dicenda existimo. Titulû hunc cui.  
decurtatum Beza, & ex eo Daniel Tossanus referunt.  
Integrum adducere malui. Nam & professionem di-  
uinitatis Christi continet, quam ex Lucae Euangelio  
maximè hæreses oppugnabant. Deinde sigillamus  
aitur: Syriacè *ܩܘܪܝܢܐܢܐ* Charmnan, vt testatur Eccle-  
sia Apostolica sua sententia hoc Euangelium probari  
ab Apostolis sibi ita signatum reddidit. Quem titu-  
lum inde natum arbutor; quod cum Lucas ex Apo-  
stoli-

Martyrij e-  
ius non est  
mentio.

Nazianze-  
ni testim-  
onium de Lu-  
cæ marty-  
rio.

Gaudentius  
Lucæ mar-  
tyrem pu-  
giles ait.

Vbi obierit  
Lucas in-  
certum.

stolicis vnus, Euangelium scripserit, aliquot Aposto- li approbatur, & proposuerunt Ecclesijs suo sigillo obfignatum; alia vero Ecclesie alijs exemplaria obfignata miserint, & hac verba praposerunt. Qui- bus etiam testantur in linguam suam legitime conuerfum, & recte conuerfium, quantum quidem in ipsis erat.

Quod vero addit Ionicè prædicatum Ἰωνικῶς Ια- ναῖθ, non ita accipiendum est, quasi Ionicâ diale- cto scriptum sit, communi enim linguâ Græcorum fere loquitur missis Atticis. Sed Græcos omnes Iudæi vocant Ἰωνίμ Ιονανίμ, seu Ionam, vnde & Græcum Ἰωνες Iones. Quia tamen Ionica in Asiâ v- sitata erat, non dubito Alexandrinos ad eam inclinasse, non tamen purè Ionicè locutos, cum videam eorum scriptores non Ionicè, sed communi linguâ scribere.

§. 2. Beza hinc veterem Marci historiam conuel- lere nititur de Marco; Quod eos velit expendere, qui Mar- cobas partes tribuunt. Quasi verò non eadem in vrbe & Lucas & Marcus vel diuerso vel eodem tempore prædicare potuerint. Nec primus ibi Lucas prædica- uit, sed Marcus; vt habent in Menologio, Latini & Græci scriptores, de quo vide annalium T. i. Baronij, & notas in martyrologium.

Lucas quidem Pauli socius indiuiduus fuit, sed ita tamen, vt quemadmodum alij, quandoq; in diuer- sas orbis partes mitteretur. Quod ad Syriacam ver- sionem, quæ est in manibus, attinet. Est illa aucto- ritatis minoris quàm Græca vel Latina. Hic ponitur Lectio matutinorum annunciationis Zachariæ, idq; in cæteris festis martyrum, diebus ieiuniorum. De il- lis Bellarm. l. 2. c. 4. de verbo Dei. Que fuit res istius Ecclesie antiquissima. Esse autem antiquiss quia non alio modo loquuti. Nec illa nisi apud doctos est vtitata dialectus. Sed vide Widmanstadium, Al- bertum Pappum, & Vergium. Titulum vero illum Guido Boderianus in sua versione habuit, & retinet. Tremellius, & Iunius rescuerunt, de his Boderianus in sua præfatione. Ita testatur & Calendarium Sy- riacum, apud Geneb. initio Pfalt. & comperitum Su- rianum, id est, Syriacum 7. de emendat. temporum in quo etiam festum S. Crucis. Illa autem notata in Syris, vt certo tempore noscent. Vide Iosephum Scaligerum.

Hoc in super notandum, hodie Syram illam in Ec- clesijs Syria legi, nec tamen fuisse ab annis mille ver- naculam, nec nunc esse, nisi inter doctos. Paulo aliter loquuti tempore Christi Domini.

Eldres legit Hebraice non vertit, sed exposuit, aiunt eos vtramq; ob affinitatem intellexisse. Negant hoc ipsi Iudæi, & Raplæces 4. Reg. 16. Efd. 2. 13. 23.

QVÆSTIO IV.

Quid, & quomodo scripserit S. Lucas.

§. 1. Euangelium, & acta Apostolorum; non o- mnia sed Pauli aliqua, vsque ad captiuitatem eius cum Romam venit. Cur aliorum Apostolorum paucissima, & Pauli plurima scribi Deus voluerit, cau- sam inquirere fas non est.

§. 1. Euangelium nonnulli aiunt, non modo hor- tante, sed etiam dictante Paulo scripsisse. Ideo cum Paulus summ Euangelium appellat, & Rom. 2. 16. & 16. 25. 2. Theff. 2. 14. Lucæ Euangelium intelligere putant.

Mihi certum videtur Paulum non dictasse Lucæ Euangelium. Non enim ipsius opus censeretur, si manum illi ad scribendum duntaxat accommodas- set. non etiam ipse reuelatione diuinâ instinctus scri- psisset, nec Lucæ, sed Pauli Euangelium dicendum foret, quemadmodum Epistola ad Romanos Pauli est, non Tertij, qui eam scripsit Rom. 16. 24. Non enim amantentium, sed dictantium scripta censetur. Deinde non opus erat præfatione, nec de sua di- ligentiâ protestatione, si ex ore Pauli dictantis scriberet. Satis superque ad faciendam fidem erat, si diceret Paulum dictasse.

Certum etiam est, multa ex Paulo didicisse, non omnia. Nam scripsisse se ait, sicut vtriusq; in inuio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermionis itaq; ex Be- atâ virgine, alijq; multa didicit, quæ tamen eadem a Paulo audiit frequenter, adeoque tandem scriptis comprehendit.

Certum etiam est, primariam causam Euangeli- j scribendi. non fuisse hortationem Pauli: Sed cælestem reuelationem, ac imperium. Etenim Euangelium velut publicum instrumentum ac diploma summi regis authenticè toti mundo conscripsit, totaque Ecclesia tanquam ratum, atq; a Deo appro- batum recepit. Itaque non modo diuini spiritus in- stinctu singula moderante scripsit, sed etiam diuina auctoritate ac iussu ad scribendum se se accinxit. De- rotheus in Synopsi, non Pauli sed Petri hortatu vult eum scripsisse, quod de causa secundaria dicendum est. Nam forte & illis reuelatum est, Lucam a Deo se- lectum qui æternæ memoriæ Euangelium mandaret.

§. 3. Ratio scribendi accuratior in Lucâ notatur, & dictio comprior, quod Græco eloquio præferebat, Græcè enim Græcis scripsit, Hæreticus ynius agnoscit floridiorem in eo stylium & humanam eloquentiam, Itemq; Ambrosius in præfat. Qui & sic monet. Il- linc stylo librum sigestum; nam in historiâ narranda est prolixior, in doctrinibus breuior. Non est autem oratio fluens, & cum verborum pompâ, sed vicijs, mo- destè & decore incedens, veritatis, & claritatis non ornata sectatrix. Quis Philosophum, & medicum de- cuit, vt docet fuisse Theophylactus, omnia ista com- prehendit Cosmas Indicopleustus, siue vt alij, Indico- polites. Οὗτος ὁ Ἰσραηλῆς ὁ ἑστὶν Ἰων Ευαγγελιστὴς θεωρησας πολλὰς, ἔτι καὶ κρείττους ἀναστραφέντων ἀγγέλια, καὶ ἐκ καρδίας πολλὰ κατὰ πόλιν, αὐτὸς περὶ πρὸς τὸν ἰδιὸν μαθητὴν Θεόφιλον συγγράψας, λέγων ἀσφαλῆς ἐστὶν, μὴ ἀποσπασθῆναι τὴν σκηνὴν πάλαμωσιν, μηδὲ ἀποσπασθῆναι ἀπὸ πέρας μαθητὴν ἵνα γνῶς, φησὶν ἀκριβῶς, ὅτι ἐν κατὰ τῆς λόγων τῶν ἀσφαλῶν, ἀνηγείτω τὸν αὐτὸν ἐξ ἐμῶν, ὁποὶ τῆς ἡρώσεως ἰωάννης τῶν δόξαν, ὅτι καὶ ἔσπεδόντος ἡ ἡρώσεως ἀποδόξασθαι, εἶτα τὸ αὐτῶν ἔσπεδόντος ἡρώσεως καὶ σαρκα, καὶ αὐτῶν ἀποδόξασθαι ἀνηγείτω, ἡρώσεως, καὶ τὸν ἔσπεδα βούλῃ μαθηταὶ σκοπῶν, εἰρηκῶς καὶ ἀκαποδομένους αὐτὸν ἀποδόξασθαι, ὡς ἐκ δὲ Δαβὶδ, καὶ ἔσπεδα εἶτα ἀποδόξασθαι ὡς ἐκ Ἀδάμ ἔσπεδα, μὴ ἔσπεδα καὶ ἀποδόξασθαι ὅτι Θεὸν ἀποδόξασθαι λέγων, ἔσπεδα τὸ ἐστὶν, ἔσπεδα τῆς κλησεως, καὶ τὸν ἑσπεδα αὐτῶν Μαυί(σα, καὶ ποιῶσαι) τὸν περὶ ὅπλασιν Ἀδάμ, εἶτα πάλιν καὶ αὐτὸς ὁμοίως αὐτῶν εἰρηκῶς ἀπὸ βαπτίσματος, καὶ τῶν περὶ ἑμῶν, εἶτα καὶ ἔσπεδα τῆς ἀποδόξασθαι. Μετὰ πάντα καὶ ἐν αὐτῶν τῶν διαγγελίω, καὶ ἐν τῶν περὶ εἶναι τῶν ἀνοδοὶ αὐτῶν τῶν εἰς τὸν ἑσπεδὸν διαγγελίω. It est: Hic Euangelitatum tertius Lucas, cum videret multos, conatus scribere Euangelia, & ex suo animo multa fingere, ipse ce- lerime proprio suo discipulo Theophylo conscripsit librum, certum eum reddens, se eorum com- mentis abstractum non esse, nec ab illis quæ prius di- dicit euerfum. Vt cognoscas eorum, de quibus in- stitutus es veritatem. Recenset autem illi a natura

Marcus & Lucas Antiochia docuerunt.

Syria verso pro defunctis.

ADAMI  
+ Euang.

Euangelium & acta Apostolorum scripsit.

Paulus non dictavit Lu- cæ Euange- lium.